(Assignment of dower by Alan de Elmestede[1] to Roheisia de Caggeworth, in Caggeworth, viz. all the land which she before held there in dower, to hold it of him and his heirs for life, by twenty shillings per annum. The eight shillings per annum which the said Roheisia pays to Eugenia, mother of said Alan, she shall, on the death of said Eugenia, pay to said Alan (should he survive his mother), besides the said twenty shillings per annum. After death of said Roeisia the said land to revert to said . . . . . . and his heirs.)

Apud Westmonasterium, a die Sancti Michaelis in tres septimanas, anno regni Regis Johannis tercio.

Coram G. filio Petri, Ricardo de Herierd, Simone de Patshill, Johanne de Gestling, Eustacio de Faucunbrege, Godefrido de Insula, Waltero de Creping, Justiciariis, etc.

Inter Alanum de Elmestede, petentem, et Roeisiam de Caggewrth, tenentem.

De admensuratione dotis ipsius Roheisie in Caggewrth.

Unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus Alanus concessit predicte Roheisie totam predictam terram, cum pertinentiis, quam ipsa prius tenuit in dote, in eadem villa, tenendam de se et heredibus suis, tota vita ipsius Roeisie, per servicium xx solidorum, reddendorum per annum ad duos terminos; scilicet ad Purificacionem Sancte Marie decem solidos, et ad Nativitatem Sancti Marie, decem solidos, salvis tamen viij solidis quos predicta Roeisia annuatim solebat reddere Eugenie matri predicti Alani. Et post decessum predicte Eugenie reddet ipsa Roeisia predictos viij solidos, simul cum predictis xx solidis, predicto Alano vel heredibus suis, quolibet anno, ad predictos terminos, si idem Alanus matrem suam supervixerit. Et post decessum ipsius Roeisie, tota predicta terra, cum pertinentiis, redibit . . . . heredibus suis quieta.

. . . . . de Elmestede = Eugenia.
Dead 1201. 1201.

Alanus de Elmestede.
1201.

[1] Apparently this Alan inherited the estate from Roheisia's husband, charged with her dower; and by the charge to the mother, Eugenia, it would seem that Roheisia's husband had been an elder brother of Alan.

## LXXIII.—(28 J.)

[12th November, 1201, 3 Jo.]

(John Fitz Jordan acknowledges to Margaret and Cristiana, daughters of William Cauuel,[1] a messuage in Canterbury, abutments given. For which acknowledgment they grant the said messuage to said John and his heirs, to hold of them and their heirs by the free service of two pence per annum. For this grant the said John gives them two shillings.)

Apud Westmonasterium, in crastinum (*sic*) Sancti Martini, anno regni Regis Johannis tercio.

Coram G. filio Petri, Simone de Pathill, Johanne de Gestling, Godefrido de Insula, Waltero de Crepping, Justiciariis, etc.

Inter MARGARETAM et CRISTIANAM filias WILLELMI CAUUEL, petentes, per ipsam Margaretam, positam loco ipsius Cristiane ad lucrandum vel perdendum, et JOHANNEM FILIUM JORDANI, tenentem.

De uno mesuagio, cum pertinentiis, in CANTUARIA, quod jacet inter domum Johannis Pistoris, et domum Cristine la Grandame.

Unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus JOHANNES recognovit predictam mesuagium, cum pertinentiis, esse jus predictarum MARGARETE et CRISTIANE.

Et pro hac recognicione et fine et concordia, predicte MARGARETA et CRISTIANA concesserunt predicto JOHANNI et heredibus suis, totum predictum mesuagium, cum pertinentiis, tenendum de se et heredibus suis, in perpetuum, per liberum servicium duorum denariorum per annum, pro omni servicio, reddendorum ad mediam quadragesimam.

Et pro hac concessione predictus JOHANNES dedit predictis MARGARETE et CRISTIANE duos solidos sterlingorum.

---

William Cauuel =

Margaret. | Cristiana.

[1] ? Canuel or Caunel.

LXXIV.—(20 J.)

[12th November, 1201, 3 Jo.]

(Aelfegus Lamb acknowledges to Margaret and Christiana, daughters of William Cauuel, twenty-one acres in Yoclete as their right and inheritance. For which acknowledgment they grant the said twenty-one acres to the said Aelfegus and his heirs, to hold five acres of the said land as they themselves did of the Abbot of St. Augustine and his successors (to which the said Aelfegus called the said Abbot to warrant), and the remaining sixteen acres of the said Margaret and Christiana and their heirs, by the service of half a mark yearly.)

Apud Westmonasterium, in crastinum (*sic*) Sancti Martini, anno regni Regis Johannis tercio.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 73.]

Inter MARGARETAM et CRISTIANAM, filias WILLELMI CAUUEL, petentes, per ipsam Margaretam, positam loco ipsius Christiane ad lucrandum vel perdendum, et AELFEGUM LAMB, tenentem.

De xxj acris, cum pertinenciis, in YOCLETE.[1]

Unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus AELFEGUS recognovit predictas xxj acras terre, cum pertinenciis, esse jus et hereditatem predictarum MARGARETE et CRISTANE.

Et pro hac recognicione, et fine et concordia, predicte MARGARETA et CRISTIANA concesserunt predicto AELFEGO, et heredibus suis, predictas xxj acras terre cum pertinenciis. Ita quod idem AELFEGUS et heredes sui teneant de ABBATE SANCTI AUGUSTINI, et successoribus suis, quinque acras terre de predicta terra, sicut eas prius de eo tenuerunt, de quibus ipse AELFEGUS vocavit ad warantiam ipsum ABBATEM. Et sexdecim acras terre residuas teneant de predictis MARGARETA et CRISTIANA, et heredibus suis, in perpetuum, per servicium dimidie marce per annum; scilicet quadraginta denariorum ad festum Sancti Michaelis, et xl denariorum ad mediam quadragesimam, pro omni servicio, salvo forinseco servicio.

Et pro hac concessione predictus AELFIGUS dedit predictis MARGARETE et CRISTIANE . . . . .

[1] Probably YOKLET borough in WALTHAM.—There was, however, land called YOKLET in SALTWOOD.

## LXXV.—(30 J.)

[21st November,[1] 1201, 3 J.]

(Emma, widow of Osbert le Husier, and her son Alexander, for twenty shillings each, quitclaim to the Abbot of Boxley all their right in a yoke of land in Halsted, which the said Emma had in dower.)

Apud Westmonasterium, in crastino Sancti Edmundi, anno regni Regis Johannis tercio.

Coram G. filio Petri [ut in No. 73.]

Inter Emmam, que fuit uxor Osberti le Husier, et Alexandrum, filium et warantum suum, de dote sua, petentes, et Robertum Abbatem de Boxleḡ, tenentem.

De uno jugo terre, cum pertinentiis, in Halsted, quod ipsa Emma clamat in dotem, de dono Osberti le Husier, quondam viri sui.

Et unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predicta Emma remisit et quietum clamavit predicto Abbati et successoribus suis, totum jus et clamium quod habuit in predicta dote. Et predictus Alexander quietum clamavit, de se et heredibus suis, predicto Abbati et successoribus suis, totum jus et clamium quod habuit in predicta terra.

Et pro hac quieta clamancia, fine, et concordia, predictus Abbas dedit predicte Emme xx solidos esterlingorum, et Alexandro filio . . . viginti solidos.




[1] *i.e.* If the feast of St. Edmund, King and Martyr; but if St. Edmund, Archbishop, then the date would be 17th or 18th November.

## LXXVI.—(26 J.)

[20th January, 1201-2, 3 Jo.]

(Mauricius de Langdon and Brictina his wife acknowledge to Anselm, son of Roger de Nordburn, twenty acres of land in Langdon, as his right and inheritance. For which acknowledgment the said Anselm grants the said twenty acres to them and the heirs of the said Brictina, to hold of him and his heirs by two shillings per annum, with warranty against all men. The said Maurice and Brictina, and the heirs of the said Brictina, to do the "forinsecum servicium.")

Apud Westmonasterium, in octavis Sancti Yllarii, anno regni Regis Johannis tercio.

Coram G. filio Petri, Ricardo de Herierd, Simone de Pateshill, Johanne de Gestling, Eustacio de Faucunbge, Godefrido de Insula, Waltero de Creping, Justiciariis, etc.

Inter Anselmum filium Rogeri de Nordburn, petentem, et Mauricium de Langedun et Brictinam uxorem suam, tenentes, per ipsum Mauricium, positum loco ejus ad lucrandum vel perdendum.

De viginti acris terre, cum pertinenciis, in Langedone.

Unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus Mauricius et Brictina uxor sua recognoverunt totam predictam terram, cum pertinenciis, esse jus et hereditatem predicti Anselmi.

Et pro hac recognicione, et fine, et concordia, predictus Anselmus concessit predictis Mauricio et Brictine, et heredibus ipsius Brictine, predictas xx acras terre, cum pertinenciis, tenendas de se et heredibus suis, in perpetuum, per servicium duorum solidorum per annum, pro omni servicio, reddendorum ad festum Sancti Michaelis, salvo forinseco servicio, quod idem Mauricius et Brictina uxor ejus, et heredes ipsius Brictine, facient. Et Anselmus et heredes sui warantizabunt predictis Mauricio et Brictine, et heredibus ipsius Brictine, predictam terram contra omnes gentes.

Et pro hac concessione predictus Mauricius et Brictina dederunt . . . . . mo tres marcas argenti.

---

Roger de Nordburn ⊤
|
Anselm.
1201-2.

Mauricius de Langedon = Brictina.
1201-2. 1201-2.

---

## LXXVII.—(31 J.)

[20th January, 1201-2, 3 Jo.]

(Felix, Prior of Dover, quitclaims to Stephen de Kenerdinton and his heirs, two parts of some marsh land in Romney, whereof a view was taken by twelve jurors thereto appointed. The other third part remains to the said Prior and his successors.)

Apud Westmonasterium, in octavis Sancti Yllarii, anno regni Regis Johannis tercio.

Coram G. filio Petri, Simone de Patishill, Johanne de Gestling, Eustachio de Fauconberge, Godefrido de Insula, Waltero de Crepping, Justiciariis, etc.

Inter Stephanum de Kenerdinton, petentem, et Felicem Priorem de Douer, tenentem.

De terra de marisco in Rumenell.

Unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus Prior recognovit et quietas clamavit predicto Stephano et heredibus suis, duas partes predicte terre versus orientem, unde visus factus fuit per . . . ec . . . ratores inde electos. Et tercia pars predicte terre remanet predicto Priori, et successoribus suis, quieta de predicto Stephano et heredibus suis.

---

## LXXVIII.—(24 J.)

[3rd February,[1] 1201-2, 3 Jo.]

(Edith Fitz Nigell, for two marks, grants to Richard . . . . . a messuage before the gate of St. Trinity, Canterbury, which she claims as her dower from her late husband, Richard, to hold of her for life by three pence per annum.)

Apud Cantuariam, in crastino Sancti Laurencii, anno . . . . . . . . . . . . . Ricardo, de Herierd, Johanne de Gestling, Reginaldo de Cornhll, Justiciariis, etc.

Inter Editham filiam Nigelli, petentem [et Ricardum . . . . . tenentem].

[1] The regnal year is gone, but in the office arrangement it is entered among the Fines of the 3rd John: as such it takes its place here.

De j mesuagio, cum pertinenciis, in civitate Cantuarie, ante portam Sancte Trinitatis, quod ipsa EDITHA clamat versus ipsum RICARDUM, ut rationabilem dotem suam, que eam contingebat de dono RICARDI quondam viri sui.

Unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predicta EDITHA concessit predicto RICARDO et heredibus suis, illud mesuagium, cum pertinentiis, tenendum de ipsi (*sic*) tota vita sua, reddendo ipsi EDITHE, et heredibus suis, iij$^{d}$ per annum, pro omni servicio, ad festum Sancti Michaelis, salvo forinseco servicio.

Et pro hac concessione, fine, et concordia, predictus RICARDUS dedit predicte EDITHE duas marcas argenti.

---

## LXXIX.—(25 J.)

[10th February,[1] 1201-2, 3 Jo.]

(In a trial by Wager of Battle,[3] Simon de Averenches and Baldwin, Earl of Guines, divide between them the manor of Newington near Hythe.)

Apud Westmonasterium, a die Sancti Yllarii in j mensem, anno regni Regis . . . . . . .

Coram G. filio Petri, Ricardo de Herierd, Simone de Pateshill, Johanne de Gestling, Eustacio de Faucunbge, Godefrido de Insula, . . . . . . . Creping, Justiciariis, etc.

Inter SIMONEM DE AVERENCHES, petentem, per . . . . . and (?) fratrem suum, positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et BALDEWINUM COMITEM DE GUINES, tenentem.

De toto manerio de NEWETON,[2] cum pertinentiis.

Unde duellum[3] vadiatum armatum et percussum fuit in pre-

[1] The regnal year is gone, but in the office arrangement it is entered among the Fines of the 3rd John: as such it takes its place here.

[2] NEWINGTON was a limb of FOLKSTONE, of which manor the AVERENCHES were lords.

[3] The Wager of Battle—"duellum vadiatum et armatum"—was a species of trial of great antiquity, and abolished only as recently as 59 Geo. III. "It seems," says Blackstone (bk. iii. c. 22), "to have owed its original to the military spirit of our ancestors, joined to a superstitious frame of mind: it being in the nature of an appeal to Providence, under

fata Curia; scilicet, quod predicti Comes BALDEWINUS DE GUINES et SIMON DE AVERENCHES dimidiaverunt totum predictum manerium, cum omnibus pertinenciis suis, scilicet in dominicis et serviciis, et in advocacionibus ecclesiarum. Ita quod WILLELMUS DE CERINTON, cum omnibus tenementis suis de feudo illo, remanet in parte que predictum COMITEM vel heredes suos contingit; et predictus SIMON . . . . sui, habuerunt ad electionem suam, tantum servicium quantum predictus WILLELMUS DE CERINTON facit predicto COMITI DE . . . . . . . Et omnes qui fefati fuerunt de eodem feudo, die quo placitum monitum inter eos, tenebunt ipsi . . . . . . . omnia tenementa sua per idem servicium quod fecerunt predicto Comiti, cuicunque parti illa tenementa occid . . . . . predicti, scilicet, COMES et SIMON, et heredes eorum, tenebunt partem suam de domino Rege, per servicium . . . . . . . pertinet.

---

an apprehension and hope (however presumptuous and unwarrantable) that heaven would give the victory to him who had the right. This trial was introduced into England among other Norman customs by William the Conqueror; but was only used in three cases, one military, one criminal, and the third civil. The first in the court-martial, or court of chivalry and honour; the second in appeals of felony; and the third upon issue joined in a writ of right, the last and most solemn decision of real property. For in writs of right the *jus proprietatis* (right of ownership), which is frequently a matter of difficulty, is in question; but other real actions being merely questions of the *jus possessionis* (right of possession), which are usually more plain and obvious, our ancestors did not in them appeal to the decision of Providence. The last trial by battle that was waged in the Court of Common Pleas at Westminster, was in the thirteenth year of Queen Elizabeth, A.D. 1571, as reported by Sir James Dyer: and was held in Tothill Fields, Westminster, '*non sine magna jurisconsultorum perturbatione*,' saith Sir Henry Spelman, who was himself a witness of the ceremony. The form, as described by authors writing while this kind of trial existed, was as follows:—When the tenant in a writ of right pleads the general issue, viz. that he hath more right to hold, than the demandant hath to recover; and offers to prove it by the body of his champion, which tender is accepted by the demandant; the tenant in the first place must produce his champion, who, by throwing down his glove as a gage or pledge, thus *wages* or stipulates battle with the champion of the demandant; who, by taking up the gage or glove, stipulates on his part to accept the challenge. The reason why it is waged by champions, and not by the parties themselves, in civil actions, is because, if any party to the suit dies,

## LXXX.—(29 J.)

[10th February, 1201-2, 3 Jo.]

(Robert, son of Richard *extra portam*, and Gunnora his wife, for twenty shillings, acknowledge and quitclaim to Reginald de Beseville fifteen acres of assart[1] in Farningham, as his right and inheritance.)

Apud Westmonasterium, a die Sancti Hillarii in unum mensem, anno regni Regis Johannis tercio.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 79.]

Inter Reginaldum de Beseville, petentem, et Robertum filium Ricardi extra portam, et Gunnoram uxorem ejus, tenentes.

De quindecim acris terre, cum pertinenciis, in Ferningeham, que vocantur assart.

Unde placitum fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predicti Robertus et Gunnora uxor sua, recognoverunt totam

the suit must abate and be at an end for the present; and therefore no judgment could be given for the lands in question, if either of the parties were slain in battle: and also that no person might claim an exemption from this trial, as was allowed in criminal cases, where the battle was waged in person. A piece of ground is then in due time set out, of sixty feet square, enclosed with lists, and on one side a court erected for the judges of the Court of Common Pleas, who attend there in their scarlet robes; and also a bar is prepared for the learned serjeants at law. When the court sits, which ought to be by sunrising, proclamation is made for the parties, and their champions; who are introduced by two knights, and are dressed in a coat of armour, with red sandals, barelegged from the knee downwards, bareheaded, and with bare arms to the elbows. The weapons allowed them are only batons, or staves of an ell long, and a four-cornered leather target; so that death very seldom ensued from this civil combat; though in the court military they fought with sword and lance, according to Spelman and Rushworth. When the champions, thus armed with batons, arrive within the lists or place of combat, the champion of the tenant takes his adversary by the hand, and makes oath that the tenements in dispute are not the right of the demandant; and the champion of the demandant, then taking the other by the hand, swears in the same manner that they are; so that each champion is, or ought to be, thoroughly persuaded of the truth of the cause he fights for. Next an oath against sorcery and enchantment is to be taken by both the champions, in this or a similar form: 'Hear this, ye justices, that I have this day neither eat

[1] "Assart" is forest land grubbed and brought into cultivation.

predictam terram, cum pertinenciis, esse jus et hereditatem predicti REGINALDI, et eam remiserunt et quietam clamaverunt predicto REGINALDO et heredibus suis, de se et heredibus suis, in perpetuum.

Et pro hac quieta clamancia et recognicione et fine et concordia, predictus REGINALDUS dedit predictis ROBERTO et GUNNORE viginti solidos sterlingorum.

---

Richard *extra portam* =

Robert = Gunnora.

---

## LXXXI.—(52 J.)

[2nd October, 1202, 4 Jo.]

(In a recognizance of Mortdauncestor, Ralph de Peneherst acknowledges all the land of Lagerham to Ela de Marti, as her right and inheritance. For which she grants it to said Ralph and his heirs, to hold of her and her heirs by the free service of seven shillings and four pence per annum; she and her heirs warrant it against the chief lord. For this grant he gives her one mark, and he and his heirs are to do the "forinsecum servicium." The said Ela takes the homage of the said Ralph.)

Apud Beremundeseyam, die Mercurii proxima post festum Sancti Michaelis, anno regni Regis Johannis iiij$^{to}$.

drank, nor have upon me, neither bone, stone, ne grass; nor any enchantment, sorcery, or witchcraft, whereby the law of God may be abased, or the law of the devil exalted. So help me God and his saints.' The battle is thus begun, and the combatants are bound to fight till the stars appear in the evening: and, if the champion of the tenant can defend himself till the stars appear, the tenant shall prevail in his cause; for it is sufficient for him to maintain his ground, and make it a drawn battle, he being already in possession; but, if victory declares itself for either party, for him is judgment finally given. This victory may arise from the death of either of the champions: which indeed hath rarely happened; the whole ceremony, to say the truth, bearing a near resemblance to certain rural athletic diversions, which are probably derived from this original. Or victory is obtained if either champion proves *recreant,* that is, yields, and pronounces the horrible word of *craven;* a word of disgrace and obloquy, rather than of any determinate meaning. But a horrible word it indeed is to the vanquished champion: since as a punishment to him for forfeiting the land of his principal by pronouncing that shameful word, he is

Coram G. filio Petri, Ricardo de Herierd, Osberto filio Hervei, Jordano de Turri, Justiciariis, etc.

Inter ELAM DE MARTI,[1] petentem, et RADULPHUM DE PENEHERST, tenentem.

De tota terra que vocatur LAGERHAM.

Unde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus RADULPHUS recognovit totam predictam terram, cum pertinenciis, esse jus et hereditatem ipsius ELE.

Et pro hac recognicione et fine et concordia, predicta ELA concessit predicto RADULPHO et heredibus suis, totam predictam terram, cum pertinenciis, tenendam de se et heredibus suis, in perpetuum, per liberum servicium septem solidorum, et iiij denariorum per annum, pro omni servicio, scilicet ad festum Sancti Michaelis xij denarios, et ad Natale xij denarios, et ad Annunciationem Beate Marie ij solidos, et ad Pascham xij denarios, et ad festum Sancti Johannis Baptiste xij denarios, et ad festum Sancte Marie Magdalene xvj denarios. Et predicta ELA et heredes sui warantizabunt et defendent totam predictam terram, cum pertinenciis, versus capitales dominos.

Et pro hac concessione predictus RADULPHUS dedit predicte ELE j marcam argenti. Et predictus RADULPHUS et heredes sui facient forinsecum servicium de predicta terra.

Et modo predicta ELA cepit homagium ipsius RADULPHI.

condemned, as a recreant, *amittere liberam legem*, that is, to become infamous, and not be accounted *liber et legalis homo;* being supposed by the event to be proved forsworn, and therefore never to be put upon a jury or admitted as a witness in any cause. This is the form of a trial by battle; a trial which the tenant, or defendant in a writ of right, had it in his election to demand; and which was the only decision of such writ of right after the Conquest, till Henry II., by consent of Parliament, introduced the *grand assize*, a peculiar species of trial by jury, in concurrence therewith; giving the tenant his choice of either the one or the other."

[1] ? Marci.

## LXXXII.—(36 J.)

[3rd October, 1202, 4 Jo.]

(In a recognizance of Mortdauncestor, William Fitz Alur[1] acknowledges sixteen acres in Eynesford to Henry, Reginald, and Alexander de Derentef[ord],[2] as their right and inheritance. For which they grant the said land to him and his heirs, to hold of the said Henry and his heirs by the free service of twelve pence per annum, the said William acquitting it from all service to the chief lord, and paying them for this grant ten shillings.)

Apud Beremundeseiam, die Jovis proxima post festum Sancti Michaelis, anno regni Regis Johannis iiij$^{to}$.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 81.]

Inter HENRICUM et REGINALDUM et ALEXANDRUM DE DERENTEF',[2] petentes, et WILLELMUM FILIUM ALUR,[1] tenentem.

De xvj acris terre, cum pertinenciis, in EINEFORD.

Unde recognicione de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus WILLELMUS recognovit totam predictam terram, cum pertinenciis, esse jus et hereditatem predictorum HENRICI et REGINALDI et ALEXANDRI.

Et pro hac recognicione et fine et concordia, predicti HENRICUS et REGINALDUS et ALEXANDER concesserunt predicto WILLELMO et heredibus suis, totam predictam terram, cum pertinenciis, tenendam de predicto HENRICO et heredibus suis, in perpetuum, per liberum servicium xij denariorum per annum, pro omni servicio; scilicet ad Pascham vj denarios, et ad festum Sancti Michaelis vj denarios.

Et predictus WILLELMUS, et heredes sui, aquietabunt totam predictam terram, cum pertinenciis, versus capitales dominos, de omni servicio quod ad terram illam pertinet.

Et pro hac concessione predictus WILLELMUS dedit predictis HENRICO et REGINALDO et ALEXANDRO x solidos esterlingorum.

[1] Probably for "Aluredi."

[2] Doubtless for Derenteford.

## LXXXIII.—(51 J.)

[3rd October, 1202, 4 Jo.]

(In a recognizance of Mortdauncestor, Thurgar de Erthe, for sixteen shillings, acknowledges five acres in Crayford as the right and inheritance of Alice, wife of Simon de Craiford, and quitclaims them to the said Simon and Alice, and the heirs of the said Alice for ever.)

Apud Beremundeseyam, die Jovis proxima post festum Sancti Michaelis, anno regni Regis Johannis iiij$^{to}$.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 81.]

Inter Simonem de Craiford et Aliciam uxorem suam, petentes, et Thurgarum de Erthe, tenentem.

De v acris terre, cum pertinenciis, in Craiford.

Unde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus Thurgarus recognovit totam predictam terram, cum pertinenciis, esse jus et hereditatem ipsius Alicie, et eam remisit et quietam clamavit predictis Simoni et Alicie, et heredibus ipsius Alicie, de se et heredibus suis, in perpetuum.

Et pro hac recognicione et quieta clamancia, et fine et concordia, predicti Simon et Alicia dederunt predicto Thurgar xvj solidos esterlingorum.

Simon de Craiford = Alice.
1202. 1202.

## LXXXIV.—(42 J.)

[4th October, 1202, 4 Jo.]

(In a recognizance of Mortdauncestor, Hugh and Bricthina his mother acknowledge eight acres in Minster as the right and inheritance of Edilda and Hagenilda, daughters of Anketill. For which acknowledgment the said Edilda and Hagenilda quitclaim to the said Hugh and Bricthina, and the heirs of said Hugh, three and a half acres of the said land lying next the land of Ailmar Cittepere, to the west, and half an acre thereof lying next the head of the said Ailmar's land, to the north.)

Apud Beremundseiam, die Veneris proxima post festum Sancti Michaelis, anno regni Regis Johannis iiij$^{to}$.

Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 81.]

Inter EDILDAM et HAGENILDAM filias ANKETILLE, petentes, et HUGONEM filium BRICTINE, et BRICTHINAM matrem suam, tenentes.

De octo acris terre, cum pertinenciis, in MINSTRE.

Unde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predicti HUGO et BRICTHINA recognoverunt totam predictam terram esse jus et hereditatem predictarum EDILDE et HAGENILDE.

Et pro hac recognitione et fine et concordia, predicte EDILDA et HAGENILDA concesserunt et quietas clamaverunt, de se et heredibus earum, predictis HUGONI et BRICTHINE et heredibus ipsius HUGONIS, iiij acras terre de eadem terra, scilicet iij acras terre et dimidiam, juxta terram AILMARI CITTEPERE, versus occidentem, et dimidiam acram terre ad caput terre ipsius Ailmari, versus aquilonem, tenendas de capitali domino.

---

## LXXXV.—(48 J.)

[4th October, 1202, 4 Jo.]

(In a recognizance of Mortdauncestor, Ralph, Prior of Rochester, for half a mark, acknowledges fifteen acres in Eleham to be the right and inheritance of Alan Fitz Henry and his heirs, to hold of the said Prior and his successors by the free service of five shillings per annum.)

Apud Beremundeseyam, die Veneris, etc. [ut in No. 84.]
Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 81.]

Inter ALANUM FILIUM HENRICI, petentem, et RADULPHUM PRIOREM ROUECESTRENSEM, tenentem.

De xv acris terre, cum pertinenciis, in ALEHAM.[1]

Unde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus PRIOR recognovit totam predictam terram, cum pertinenciis, esse jus et hereditatem ipsius ALANI, tenendam de se et successoribus suis, ipsi ALANO et heredibus suis, in perpetuum, per liberum servicium v solidorum per annum, pro omni servicio; scilicet ad festum Sancti Michaelis xv denarios, et ad Nativitatem xv denarios,

[1] "Aleham," *i.e.* Eleham.

et ad Pascham xv denarios, et ad festum Sancti Johannis Baptiste xv denarios.

Et pro hac recognicione et fine et concordia, predictus ALANUS dedit predicto PRIORI dimidiam marcam argenti.

---

## LXXXVI.—(49 J.)

[4th October, 1202, 4 Jo.]

(In a recognizance of Mortdauncestor, Amiot de Wodestok acknowledges four acres and one perch of land in Shelve, to be the right and inheritance of John Fitz Stephen, who, for this acknowledgment, grants the said land to the said Amiot for life, to revert at his death to the said John and his heirs. To be held of William Fitz Wido and his heirs by the service pertaining thereto. The said William being present and assenting to this grant.)

Apud Beremundeseyam, die Veneris, etc. [ut in No. 84.]
Coram G. filio Petri, etc. [ut in No. 81.]

Inter JOHANNEM FILIUM STEPHANI, petentem, et AMIOTUM DE WODESTOK, tenentem.

De iiij$^{or}$ acris et de una pertica terre cum pertinenciis, in SCELVES.[1]

Unde recognicio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in prefata Curia, scilicet quod predictus AMIOTUS recognovit totam predictam terram esse jus et hereditatem ipsius JOHANNIS, et pro hac recognicione, et fine et concordia, predictus JOHANNES concessit predicto AMIOTO totam predictam terram, cum pertinenciis, tenendam tota vita ipsius AMIOTI; et post decessum ipsius AMIOTI, tota predicta terra, cum pertinenciis, revertetur ad ipsum JOHANNEM, et heredibus suis, quieta de heredibus ipsius AMIOTI. Tenenda de WILLELMO FILIO WIDONIS, et heredibus suis, per servicium quod ad terram illam pertinet.

Et hec Concordia facta fuit concessu et voluntate ipsius WILLELMI, et eo presente.

[1] Probably SHELVE in LENHAM.